



Universitätsbibliothek Paderborn

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Fasciculus Exercitiorum Et
Considerationum, De Præcipuis Veritatibus Christianæ Fidei Et Sapientiæ -
Ad efformationem Christianæ vitæ, consecutionem salutis æternæ
collectus: & usui accommodatus

Druzbicki, Kaspar

Ingolstadii, 1732

VD18 90066332

Exerc. 2. De Pretiosissimâ Parente nostrâ Dominâ, Matre, Herede,
Hereditate, Sponsâ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45396

P R A X I S.

Ave pretiosissima Filia Patris aeterni, ave pretiosissima Mater Filii Dei. Ave pretiosissima Sponsa Spiritus Sancti. Per hanc tuam cum DEO tuo affinitatem, quam ego tibi, totius substantiae meae viribus, atque affectibus gratulor: effice me, & colloca, & irradica in gratia, & amore Sanctissimae Trinitatis, &c.

EXERCITIUM II.

De P. Parente nostrâ, Dominâ, Matre, Herede, Hereditate, Sponsa.

1. **S**tatue te in conspectu Pretiosissimae Parentis Virginis MARIAE.

2. Expendes: quòd sit Domina & Regina totius universi & omnium creaturarum: Creaturas autem omnes & singulas esse illius subditas, ejusque Mancipia. Quia enim Filius ejus est verus Deus, & ideo absolutus rerum Dominus, omniaque ei subiecta naturaliter sunt: inde consequenter, Mater hujus Dei, ac Domini omnium, est etiam naturaliter omnium Domina, & omnia sunt ejus Mancipia.

3. Expendes: quòd sit Mater omnium Hominum: Et in specie Electorum, amatorumque, seu Dilectorum suorum. Mater enim cum sit Dei: est etiam Mater fratrum ejus omnium. Cum verò etiam sit Mater, & inventrix Gratiae, ac Misericordiae, est etiam consequenter Mater filiorum Gratiae, ac miserationis. Eo ipso patiens illos Deo in filios, quo illos ad gratiam Dei deducit.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word "Druz" and other illegible characters.

deducit, & Amicos Dei constituit, in eoque statu illos conservat, quantum in ipsa est.

4. Expendes: quod sit Heres rerum omnium, & quidem naturalis, perinde ut est Mater Dei naturalis. Qui cum sit Heres omnium, inde fit quoque omnium Heres, & omnia sunt ejus possessio, atque hereditas. Omnia siquidem quae Filius habet, Mater quoque similiter habet, ac possidet.

5. Expendes: quod sit Hereditas, thesaurus, & divitiae totius quidem Humani generis, at specialiter omnium diligentium, & honorantium illam singulariter. Cum enim ipsa sit Filii sui, Dei vero nostri, hereditas, & possessio, juxta illam ipsiusmet vocem, *Dominus possedit me ab initio viarum suarum*; Hic autem Deus, & à Patre aeterno nobis donatus est, & ipse sese nobis donavit, heredesque suos, & coheredes simul omnium bonorum suorum nos fecit: Matrem quoque suam nobis in Hereditatem, & possessionem largitus est. Adde, quod cum MARIA sit Innocentiae, ac Justitiae primavae, nobis à nostris primis parentibus perditae, sola in se conservatrix, & heres, idcirco ad nostram hereditatem ipsa pertinet tantum, in quantum illa Innocentia & Justitia Originalis, nostra hereditas esse (ni perditam fuisset) debuit, & in quantum nobis, ac pro nobis in Maria relicta, atque conservata mansit, & manet.

6. Expendes: quod MARIA sit Sponsa, omnium illius speciali Amoris privilegio, ac tenerritudine, cultuque Innocentiae, ac puritatis, nec non morum ejus imitatione excellentium. Cum enim MARIA tota sit aemulatrix Christi, in

omnibu
ejus do
despon
cujus d
operato
ut qua
Sanguin
Verbo
pit, &
lem (q
strumen
illius ex
median
per qu
tam jun
summo
quo Hu
excepto
satisfacta
que Ex
ipsa qu
despon
vicissim
me, ad
aeruat
affectu
quamc
sed per
Hic eni
atque a
ficativu
Unde c
sint du
sed una
omni

omnibus iis, quæcunq; Creaturæ servire possunt, eius dotes, atque excellentiæ, Christus autem desponsavit sibi omnes nos per Incarnationem, cujus desponsationis præcipuus administer, & operator (post Spiritum Sanctum) fuit MARIA, ut quæ de suâ substantiâ, deque suo purissimo Sanguine, Materiam præbuit Humanitatemque Verbo uniendam imò unitam in utero concepit, & ad unionem illam, plusquam admirabilem (quia Hypostaticam) realiter, & verè, instrumentaliter concurrir: desponsationemque illius ex se conceptæ Humanitatis, ac in eâ seu mediante illâ, totius Humanæ naturæ perfecit; per quod etiam ipsa tunc MARIA, specialissimo tam jure, quàm gradu, supra omnem modum summo (uno duntaxat desponsationis gradu, quo Humanitas Christi, Verbo est desponsata, excepto,) Christi Filii Dei, atque etiam sui, Sponsa facta est. Extunc ergo, & ex hoc fonte, atque Exemplo Christi sui filii, amat, imò ambit ipsa quoque Hominibus desponsari, ut per hanc desponsationem, & sese Hominibus, & Homines vicissim sibi adæquet, quam potest adæquatissimè, adstringatque quàm adstrictissimè. Quæ adæquatio, atque adstrictio, non nisi per Amoris affectum fieri potest. Per amoris autem non quamcunque speciem, seu formam, seu gradum, sed per solum sponsalem, desponsatoriumque. Hic enim solus, proprie, & summè adæquativus, atque adstrictivus est, imò & unitivus ac identificativus est eorum inter se, quos connectit. Unde dicitur de desponsatione corporeâ: quòd sint duo in carne unâ: & Ergo jam non sunt duo, sed una caro. De spirituali verò Animarum Dei & Ho-

Mat. 19. 6.

Handwritten notes on the right edge of the page, including the word "Sponsa" and other illegible characters.

& Hominis desponsatione, affirmat Apostolus;
1. Cor. 6. 17. Qui adhæret Deo, unus spiritus est cum eo. Et ad
 istam unionem, identitatemvé Spiritûs Dei no-
 biscum, nostri cum Deo; tota Natura, vis, ener-
 giaque Amoris tendit, indefinenterque adniti-
 tur. Accedit: quod hæc spiritualis amorosa
 desponsatio, sicut est castissima, ita nihilominus
 & fæcundissima: ad hoc ordinata, ut ex eâ oriatur
 proles, tum excelsissimarum virtutum, tum con-
 versionis, perfectionisque animarum, tum
 (quod in idem revolvitur) efformationis, partu-
 ritionis, educationisque Christi, sive in nobis,
 sive in aliis per nos: dicente Apostolo: *Filioli,*
Gal. 4. 19. quos iterum parturio, donec formetur Christus in
Eph. 4. 19. vobis; & donec occurratis in virum perfectum, in
mensuram ætatis plenitudinis Christi. Cujusmodi
 parturitio, & educatio Christi in nobis, non tan-
 tum non est probrosa Sacratissimæ DEI nostri
 Matri, verum est etiam ambitiosissima, & summe
 uniceque expetita: adeo ut nullum habeat ista
 Mater, post Dei, singularem ex suo Sanguine,
 Spiritusque Sancti Virtutis obumbratione ma-
 ternitatem compactam; nullam, inquam, ha-
 beat gratiorem, appetibilioremque maternitatis
 fæcunditatem: Christique, Dei, ac sui Filii ge-
 nerationem, quàm eam, quæ fit Charitate de-
 sponsatoriâ, & Animas Deo maritante: cui de-
 sponsationi, atque sponsalicio contractui ambi-
 tiosissimè Maria inhiat, eoque super omnia alia
 vel officia sua circa nos, vel obsequia nostra erga
 se delectatur, & occupatur: tantumque ejus stu-
 dio, atque exercitio capitur, ut Sponsa nostra
 fieri, nosque in Sponsos adsciscere, & sponsali
 à nobis affectu coli, non solum non refugiat, aut
 dedi-

M
 dedignetur. On
 tur. On
 cens: du
 ministeri
 Christus
 rituali ge
 7. Ac
 tem, tibi in
 illi in serv
 pies illam
 tem trade
 & te illi i
 illam tibi
 res, ac c
 nis studi
 quam ver
 tem, Her

Pretiosiss
 consp
 lectissim
 Trado me
 absolute n
 tanquam u
 reditatem
 tibi in He
 Trado me
 me, specia
 si Domin
 Sponsa, &
 dignum an
 V. P. D

dedignetur, verum etiam exambiat, & delectetur. Omnia fieri amans, gloriosumque sibi ducens: dummodo suae Charitativae maternitatis ministerio, atque repetito exercitio, formetur Christus ejus filius in nobis, atque gignatur spiritali gemine ex nobis.

7. Accipies pretiosissimam hanc Dei parentem, tibi in Dominam & Heram: dabis autem te illi in servum, mancipium, & jumentum: accipies illam tibi in Heredem, & illi te in Hereditatem trades. Accipies illam tibi in Hereditatem, & te illi in Heredem dabis. Accipies denique illam tibi in Sponsam, & te illi in Sponsum offeres, ac devovebis. Colesque illam omnibus tuis studiis, viribus, moribus, & operibus, tanquam veram tuam Dominam, Matrem, Heredem, Hereditatem, & Sponsam.

P R A X I S.

Pretiosissima DEI Hominis Parens MARIA: in conspectu Sanctissimae Trinitatis, & in conspectu dilectissimi Filii tui, Domini mei JESU Christi; Trado me tibi in perpetuam mancipium, tanquam absoluta mea Domina. Trado me tibi in Filium, tanquam dilectissimae Matri. Trado me tibi in Hereditatem, tanquam pleni juris Heredi. Trado me tibi in Heredem, tanquam optatissimae Hereditati. Trado me tibi in Sponsum, tanquam desideratissimae, speciosissimae, & amabilissimae Sponsae. Tu mihi sis Domina, tu Mater, tu Heres, tu Hereditas, tu Sponsa, & fac me tibi dignum te, dignum Amore tui, dignum amore tuo aeterno, in aeternum.

Handwritten notes on the right edge of the page, including "Druzb.", "Bicki", "II", and "V".

